



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Hermaphroditus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

ut hæretici, post monitionem canoniam. idem *ibid.*  
V. Libri prohibiti. nn. 6.7.

## ADDITIO.

## Hermaphroditus.

- 1 Est irregularis. *Nau. in Man. c. 27. num. 203.* rolet. & alii.
- 2 A Papa dispensandus, *idem.*
- 3 Is, in quo preualet sexus virilis, potest deinde ordinari. *Idem.*

## Horæ Canonicae.

- 1 **N**on est relinquendum officium Breuiarii pro officio deuotionis. Congregat. Rit. 29. Nouembris 1603.
- 2 Episcopus Regularis debet recitare officium iuxta ritum suę Diœcesis, non Regulæ. *eadem 11. Iunii 1615.*
- 3 Cappellani Episcopi conformiter se illi. *ibidem ibid.*
- 4 Qui est de gremio Ecclesiae alicuius, debet recitare officium, quod in Choro dicitur, licet alibi moretur. *eadem 8. Sept. 1602.*
- 5 Clerici, licet adscripti alicui ecclesiae, non tamen obligati Choro, non tenentur recitare officia, quæ in Choro propria dicuntur. *eadem in ibidem.*
- 6 Non potest Episcopus addere officia sanctorum, nisi iuxta Rubricas Breuiarii, vel de licentia Sedis Apostolicae. *eadem 8. Aprilis 1628.*
- 7 Neq; potest extendere officium concessum Ciuitati ad Diœcesim. *eadem 16. Ian. 1607.*
- 8 Non potest fieri officium de sancto, eo quod in loco sit eius nomine ecclesia, vel reliquia, nisi in proprio titulo Ecclesia, & vbi est Reliquia. *eadem 8. Apr. 1628.*
- 9 Conceditur officium duplex pro Reliquia insigni, & approbata. *ead. 3. Iun. 1617.*
- 10 Reliquia insignis est corpus, caput, brachium, crux, & ea pars, in qua patens est martyr, integra. *eadem 8. Aprilis 1628.*
- 11 Prædicta sub pena nullitatis officii. *ibidem.*

- 12 Festum Rosarii celebrari debet vbi- que, vbi est altare Rosarii, sub ritu di- plicis maioris, in Domin. 1. Octob. Greg. XIII. Anno 1573.
- 13 Dedicatio Ecclesiae Cathedralis habet octauam in Civitate tantum, & cele- bratur festum in tota Diœcesi. Congr. Rit. 2. Maii 1619.
- 14 De sancto canonizato non potest fieri officium sine novo Decreto Congre- gationis Rituum, extra propriam Ec- clesiam. *ead. 9. Dec. 1628.*
- 15 Officium, & Missa B. Rocchi conce- ditur tantum in Ecclesiis eius nomine dicatis. *eadem 26. Nouemb. 1629.*
- 16 Moniales ne dicant in Confiteor, ad Primam, & Completorum, Tibi ma- ter, Vobis sorores, sed ut in Breuiario *ead. 18. Aug. 1629.*
- 17 Officium parvum B. V. debet dici in Choro, etiam in Dominicis, si aderat consuetudo. *eadem 1. Sept. 1607.*
- 18 Et tempore Paschali non additur, Al- lelia, Antiphonis, nec aliis. *eadem 28. Martii 1626.*
- 19 Vesperæ Defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vespertas, etiam Dominicæ, si accidat hæc ante primam diem. *eadem 23. Maii 1603.*
- 20 Matutinum Defunctorum in die Cö- memorationis omnium Defunctorum re- citandum est mane, nisi Episcopus sit celebraturus die sequenti solemnum Missam. *eadem 1. Septembris 1607. & Cærem. Episcop. lib. 2. c. 10.*
- 21 Calendarium quotannis edatur ab eo, quem Episcopus elegerit. Pro- umc. 4.
- 22 Recognoscatur à peritioribus. *ibidem.*
- 23 Notentur in eo dies Coronationis Papæ, & Consecrationis Episcopi, vt saltem Collectæ dicantur in Missa Prou. 3. 4. 6.
- 24 Beneficiati, qui eas omittunt sine iusta causa, non faciunt fructus suos re- spondentes diebus illis, in quibus omi- ferint. *Pius V. An. 1571.*
- 25 Qui Matutinum omittit, dimidiā partem fructuum diei amittit: qui reli- quas Horas dimidiā. *ibid.*
- 26 Qui Horarum singulas, sextam par- tem fructuum. *ibid.*
- 27 Qui primo semestri omittit, peccat graui-